



Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia Catholica, Hoc Est Christianae Fidei, Qvam Ad
Salvtem Animarvm Aviti Avgvstae Domvs Saxonicae
Principes, Reges, & Imperatores coluerunt, Gloriosa
Confessio**

Cutsemius, Petrus

Coloniae Agrippinae, 1621

De Conrado Magno, Et Filiis Eivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11884

& sit e-e-c-a-r-e-s-m-e-l-i-s-0-r-e-i-u-n-i-z-e-f-e-i-c-i-s,
tuus in Domino Anno 1093. Qui duo in- quam Episcopi, cum viuerent, in Catholi- ca ouiculas sibi commissas pauerunt Reli- gione, quam defuncti posteris quoq; ad ani- marum suarum salutem voluerunt esse com- mendatam.

DE CONRADO MAGNO, ET FILIIS EIVS.

NOLO præterire Conradum *Magnum*, qui & *mus cognominatus* est, Thimo- nis filium, Dieterici II. supradicti nepotem. Primus iste sui stemmatis à Cæsare Lothario II Marchio Misniæ inuestitus est Ann. 1126. Effecit hoc magna illius virtus: sed quid admiranda eiusdem in sancta Catholica reli- gione pietas? vt viduus posteà inuestiretur inter fratres laicos monachus in cænobio Lauterbergiano, quod ipse absoluit, & libe- ralissimè dotauit, & in quo mortalem hanc vitam finiuit 5. Febr. An. 1156. Huius **Cōradi** Pij numerosa proles fuit, sed similiter pia; Primogenitus eius filius Otto Marchio Mis- niæ, cognomento *Dives* à fortunatis metallo- rum fodinis appellatus, ob quarū inuentionē Fribergā cōdidit, Lipsiam, & Isenburgū mu- ris cinxit. Sed quod ad propositū nostrū spe- ctat, princeps pius Cænobia fundauit duo, vnum in Thuringia, quod Portam vocant,

alterum Veterem cellam ad Muldam in syluosis vallis, in qua & sepultus est 18. Februarij, Anno 1189. Secundo-genitus Theodorus III. Marchio Landsbergæ, & Lusatiae, fundator Cœnobij Dobralucæ ad Elistrum nigrum, cuius filius æquiuocus Theodorus, insignis fuit in Ecclesia Dei Prælatus, Episcopus Mersburgensis, qui nomen habet apud scriptores viri pij, & docti. Tertio-genitus est Hermannus, Episcopus Bambergensis. Filiæ quoq; eiusdem Conradi religiosissimæ: Bertha, Abbatissa Gerbsteti; Gertrudis, quæ post obitum mariti, Hermanni Principis Palatini ad Rhenum, Cœnobium S. Theodori Bambergæ exstruxit, in quo vidua reliquum vitæ pensum absoluit; Oda Monialis, & post obitum tororis, Abbatissa Gerbsteti, Agnes Abbatissa Quedlinburgi. Una adhuc, & altera in S. Coniugio diem obierunt.

DE HENRICO ILLVSTRI, ET FILIO EIVS THEODORICO.

EIVSDEM Conradi ex filio primogenito, Ottone, & Theodorico IV. nepote proximo fuit Henricus, qui ob res gestas illustris, ob liberalitatem verò munifici cognoméatum accepit, primus suæ familiæ Landgravius Thuringie. Is contra Prutenos necdum ad fidem